CLASSIS SECUNDA.

De Medicamentis ex Animalibus.

DE CORNU CERVI.

Cornu Cervi, Eboris, & aliorum Ossium praeparatio.

℞. Ossa quae & q. v.

In frusta secta comburantur in Crucibulo, donec albescant; subtilissime trita laventur saepius Aq. Rosacea; *tandem super marmor laevigata redigantur in Trochiscos.*

Eorundem Ossium praeparatio Spagyrica.

In destillatione Aq. still. Melissae vel Rosarum *Ossa filo annexa suspende in collo Vesicae, ita ut liquorem non attingant; tum superposito Capitello, fiat destillatio, & per adscendentes vapores Ossa in substantiam friabilem redigentur.*

Cornu Cervi Spiritus.
Sal.
Oleum.

℞. Fragmenta Cornu Cervi.

Iis repleatur Retorta lapidea, cui vas recipiens amplum apponatur, juncturis bene lutatis. Fiat destillatio ex igne aperto, primo leni, dein fortissimo; & prodibit Spiritus & Sal volatile *cum* Oleo crasso. *Si, Oleo separato, Spiritus & Sal simul mixti lenissimo calore destillentur,*

ambo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134233-p0353-3
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134233-p0354-9
DFG

ambo puriores adſcendent; ſi hoc caute aliquoties repetatur, Sal fiet candidiſſimus, & Spiritus inſtar aquae limpidus, & grati odoris.

Sal a Spiritu ſeparatus, & ſublimatus primum ex aequali pondere cretae puriſſimae, deinde ex paululo Alcoholis Vini, citius fit purus.

Spiritus Cornu Cervi Succinatus.

℞. Spirit. Cornu Cervi fortiſſimi. q. v.

Huic per vices ingere Salem Volatilem Succini ſubtiliſſimè tritum. *tamdiu donec effervescentia ceſſet: liquor per ſubſidentiam clarus uſui ſervetur, aut ex retorta rectificetur.*

Cornu Cervi uſtum.

℞. Reſiduum a priori deſtillatione.

In igne aperto candefac, donec fiat album.

DE SALE AMMONIACO.

Spiritus Salis Ammoniaci.

℞. Salis Ammon. part. unam.
Tartari, vel.
Ciner. Clavell. opt. part. duas.
Aq. pluvialis part. ſex.

Deſtilla ex Cucurbita vitrea in excipulum amplum, donec ſal ab adſcendente phlegmate ſolvi incipiat.

Idem

Idem Spiritus sed fugacissimus & acerrimus paratur, si Sali Tartari substituatur Calx viva, *& procedatur modo descripto.*

Sal Febrifugus Sylvii.

Paratur ex Capite Mortuo Spir. Salis Ammoniaci, cum Sale Tartari vel Ciner. Clavell. parati, *solvendo, filtrando, crystallisando.*

Flores Salis Ammoniaci Martiales.
Sive
Aroph Paracelsi.

℞. Lap. Haematitae.
Sal. Ammoniaci. ana libr. unam.

Reducta in pulverem tenuissimum immittantur Cucurbitae vitreae, capitello & recipiente munitae, atque igne arenae fortissimo sublimentur. Tum primo adscendet Spir. Salis Ammoniaci Salsus, *postea* Flores aurantii coloris, *usui servandi in vitro bene obturato.*

Sal Volatile Oleosum & Aromaticum.

℞. Cinamomi electi unc. unam.
Macis.
Nuc. Mosch. ana drachm. sex.
Caryophyll. drachm. duas cum semisse.
Cort. recent. Aurantior.
Citrior. ana unc. duas.

Sem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134233-p0357-6
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-134233-p0358-2
DFG

Sem. Cardamomi.
Cubebar. ana drachm. duas.
Sp. Vini unc. quinquaginta.
Macerentur ſpatio ſex dierum; tum adde
Salis Ammoniaci unc. tres. } Seorſim in pulv.
Ciner. Clavell. unc. ſex. } redactorum.
Deſtillentur in vitro bene clauſo ad dimidiam partem.

CLAS-